In profesto, postquam canitur vespera in parochia, descenditur ad cantandum inferius in capella. Mane unus adiutorum canit in parochia missam. Interea plebanus vel aliquis suo nomine inferius incipit predicare, post predicacionem plebanus vel alius suo nomine canit missam et cappellani vel adiutores ministrant. Item cappellani sancti Theodori quasi omnes ibi celebrant ad preces procuratoris ecclesie, qui debet eis facere verbum et uni dare 1 s[olidum], si non est alias obligatus. Item tempore offertorii itur ad gradus cum brachio sancti Theodori, sublevatur (*am Rand*: questum) pro fabrica, quare procuratores ecclesie dant plebano iii s[olidos] et xii mensuras vini aut pro vino pecunias secundum quod emitur vinum, et ideo post prandium unus adiutorum vel aliquis nomine plebani ibi predicat tempore consueto, et cantatur ibi eciam secunda vespera. Item omnes oblaciones qualitercumque venerint ad altare s. Nicolai vel ad alia altaria in cappella semper pertinent plebano s. Theodori; et si non sit presens, quod recipiat aut sibi tradantur, tunc sacrista s. Nicolai per iuramentum suum fideliter debet imponere in pixidem plebani, que ibi semper consuevit haberi. Ad quam pixidem solus plebanus habet clavem et aperire potest et recipere ad libitum. Item hoc idem servandum est in cappella sancte Anne.

*Am Rand:* Cantans summam missam in sancto Nicolao et ministrantes cum sacrista sancti Nicolai et scolastico capiunt prandium cum plebano, alii vero accipiunt pecunias a procuratore, et procurator dat plebano iii s[olidos] et xii mensuras vini.

**34** Anno domini millesimo trecentesimo tercio consecrata est capella sancti Nicolai episcopi apud pontem Rheni a venerabili patre ac domino Ywano episcopo in honore sancte Trinitatis et beate Marie virginis et in honore Petri et Pauli, sancti Nicolai, sancti Martini, sancti Egidii, sancti Erhardi, confessorum, sancti Christoferi, sancti Erasmi, sancti Laurentii martiris, Decem millium martirum, Undecim millium virginum et omnium sanctorum <sup>1</sup>.

**35** (f. 51r)                      *Concepcio* [8. Dez.]

Hec dies feriat sub precepto, et est patrociniū summi altaris et altaris beate virginis in angulo cum indulgenciis ut in aliis festis.

**36** (f. 51v)                      *Lucie, nota angariam* [13. Dez.]

Eodem die festum Jodoci confessoris est patrociniū altaris Jodoci in capella sancti Nicolai situati in angulo versus domum 'Zu dem Schneggen' cum indulgenciis xl dierum criminalium etc. Item cum indulgenciis centum dierum a legato impetratorum est altare versus vicum vel versus domum Kilchman. In profesto adiutores et scolasticus cantant ibi vespervas et hoc ad preces Hein Segers vel suorum heredum, qui exponit pecunias plebano et celebrantibus in mane.

Intimatur anniversarium Jacob de Senheim, quod est quatuor temporibus semper celebrandum dominica post angariam cum vigilia et lune cum missis, nisi die lune esset festum, tunc sequenti feria peragitur. Sic factum est anno 1478, quando festum Thome incidit lune etc. <sup>2</sup>.

In dominica missa canitur vectorum.

**37** (f. 77r) Reverendissimus in Christo pater et dominus dominus Alexander, episcopus Forliniensis, sanctissimi domini nostri pape et apostolice sedis in Germania cum plena potestate legati de latere, nuncius et orator etc. consecrauit sua benignitate hoc altare in honore sanctorum Valentini martiris, Gregorii pape et Cosme et Damiani martirum anno domini milesimo quadringentesimo septuagesimo septimo, die xiii mensis aprilis que fuit dominica 'Quasi modo' <sup>3</sup>, in qua est eciam dies dedicacionis ecclesie huius sancti Theodori. Qui quidem reverendissimus dominus omnibus christifidelibus undecum-

<sup>1</sup> Vgl. fol. 99v (unten Nr. 92) = gleicher Eintrag. Die Weihe im Jahre 1303 dieser 1255 gegründeten Kapelle schloß einen Neubau ab; vgl. KDM, Bd. 4, S. 375.

<sup>2</sup> Jakob von Sennheim, «banerherr und des rates zu Basel», war im Herbst 1477 gestorben. Seine Jahrzeitstiftung ist im Jahrzeitbuch von St. Theodor, fol. 7v–8r, aufgezeichnet. Vgl. auch StAB, Kartause Urk. Nr. 295 (Original).

<sup>3</sup> «Quasi modo» ist der 1. Sonntag nach Ostern. 1477 fiel Ostern auf den 6. April.

que adventantibus, qui in die sancti Valentini hoc altare visitaverint, centum dies indulgentiarum; omnibus vero aliis diebus idem altare devote visitantibus atque in ecclesia sancti Theodori ter Pater noster et Ave Maria dicentibus pro pace universali sancte matris ecclesie quadraginta dies indulgentiarum criminalium concessit et indulsit perpetuis et futuris temporibus.

Johannesûlricus Surgant, decretorum doctor,  
curatus, subscripsit; expensis meis fuit consecratum.

*Am Rand:* Et erat prius petita licencia a domino Constanciensi et obtenta in scripto.

38 (f. 84r) *Ex quo omnis fidelis utriusque sexus*, cum ad annos discrecionis venerit, obligatur ex precepto ecclesie ad suscepcionem venerabilis sacramenti eucharistie ad minus in pasca, umb die ostern, et quia sedes apostolica extendit pasca ad octo dies ante et octo dies post <sup>1</sup>, quia dies Palmarum dicitur viride pasca, die grini ostern, et dominica Quasi modo dicitur dominica in Albis seu album pasca, die wissz ostern, consueverunt fideles separatim hoc sacramentum suscipere, iuvenes et plures famuli ac famule in die Palmarum, reliqui in Cena domini, infirmi vero et aliqui prepediti in diebus festivis pascalibus. Ita ut maior reverencia singuli de una domo seu familia accedere et illud suscipere valeant consuetudo est, ut prohibiciones a tam veneranda communione in dominica Passionis domini, id est dominica proxima ante Palmarum, legantur publice in ecclesia, ut quilibet advertat, si aliquo istorum articulorum involutus sit, quod se faciat vere absolvi a suo superiore et habeat firmum propositum de cetero numquam faciendi et faciat alias per omnia secundum consilium confessoris etc. <sup>2</sup>.

39 *Queritur, cur isti articuli prohibentes a sacra communione solent publice legi in tanto numero; nunquid sufficit iste unicus, videlicet, quod nullus hominum utriusque sexus existens in peccato mortali suscipere debet hoc venerabile sacramentum?* Respondetur, quod ex consuetudine ecclesie solent quedam plus frequentata seu magis enormia grop <sup>3</sup> nominatim singulis annis populo in speciali annunciari in terrorem. Et est bona consuetudo, quia dicitur in c. [11] Si adversus, De hereticis [X, V 7], quod plus timeri solet quod specialiter iniungitur, quam quod generaliter imperatur <sup>4</sup>.

<sup>1</sup> Vgl. oben ZSKG 70 (1976) 381; ferner Anhang I, Nr. 185 u. 230.

<sup>2</sup> Vgl. dazu und zum Folgenden (Nr. 38–88) Surgants MC II 15, fol. 116r–119r: De intimandis inhibitionibus a sacra communione in quadragesimali tempore; ferner oben ZSKG 70 (1976) 380 ff. Siehe ferner die Zitatnachweise im Anhang I, Nr. 229–259.

<sup>3</sup> Deutsche Übersetzung für «enormia» (?).

<sup>4</sup> FRIEDBERG II, 783 f. – «Cur isti – imperatur» = fast wörtlich Manuale II 15 am Schluß: «Declaratio predictorum», fol. 119r: «Cur isti – imperatur», mit folgenden Änderungen: «in tanto numero legi»; «grop» fehlt; statt «annunciari»: «intimari». Im Manuale außerdem nach «imperatur»: «Utile namque est, ut iuvenes a talibus abstineant, et alii simplices addiscant sua peccata cognoscere et ea confiteri ac melius se probare et preparare ad suscepcionem tanti sacramenti».



**40** *Pueri et omnes carentes usu rationis.* Racio huius articuli est, quia ad susceptionem tanti sacramenti secundum doctores requiritur actualis devotio et istam pueri non habent neque frenetici seu alii carentes usu rationis. Sed queris, in qua etate pueri obligantur? *Respondet* sanctus Thomas in quarto sententiarum, di. ix <sup>1</sup>, quod isti pueri, qui habent iam discrecionem inter cibum spiritualem et corporalem sive sint decem annorum sive xj. Et in hoc parentes et qui nutriunt tales pueros advertere debent et pueros informare atque iuxta consilium discreti <sup>2</sup> confessoris agere etc. <sup>3</sup>.

**41** *Omnes Pater noster, Ave Maria et Symbolum ignorantes,* quia quilibet existens in annis discrecionis illa scire debet; De pe[nitentiis] et re[missionibus] [X, V 38, c. 8] Deus qui ecclesiam, in fine <sup>4</sup>. Item articulos fidei quilibet scire tenetur; ar. xxxvij di., c. [16] ulti <sup>5</sup>; [C.] viij, q. i, [c. 24] Nec sufficere. Item parvuli facti adulti tenentur ad fidem, quam in baptismo pro eis sponderunt offerentes, et isti eciam debent eos docere symbolum et orationem dominicam, ut in c. [105] Vos ante omnia, de con[s]. di[st]. iiij.

**42** *Omnes non habentes catholicam fidem,* sicut Judei et Sarraceni <sup>6</sup>, et eciam infideles cristiani, qui non credunt ibi esse verum corpus Cristi; De pe. et re. [X, V 38], c. [12] Omnis utriusque sexus fidelis.

**43** *Omnes sortilegi et carminatrices* hominum et eciam pecorum, alle segner und segnerin, unhulden <sup>7</sup>, qui querunt phitonissas pro rebus furatis; servientes <sup>8</sup> somnia, fata, dies egipciacos <sup>9</sup>, et qui portant litteras ad collum contra dolorem dencium vel oculorum; De sortile[giis] [X, V 21], c. j et ij .

<sup>1</sup> Vgl. THOMAS VON AQUIN, In IV Sent. d. 9, a. 5 ad quart. quaest.

<sup>2</sup> Verbessert aus: «discreti».

<sup>3</sup> Im MC II 15, fol. 116v ist dieser Ausschließungsgrund so formuliert: «Pueri et omnes carentes usu rationis, quia actualis devotio requiritur ad susceptionem istius sacramenti. Similiter frenetici et omnes usu rationis carentes. Sunt ergo pueri ad minus decem annorum, ut sanctus Thomas in quarto sen. dis. ix. inquit et iuxta consilium discreti confessoris apti». Im MC geht diesem Ausschließungsgrund noch ein längerer Abschnitt voraus, in dem erklärt wird, daß alle Exkommunizierten von der Osterkommunion ausgeschlossen sind. Dabei wird der Unterschied zwischen der «excommunicatio maior» und der «excommunicatio minor» erklärt. Die nun im Jahrzeitbuch folgenden Ausschließungsgründe finden sich auch im MC II 15 wieder, dort aber teilweise mit geringfügigen Änderungen und Ergänzungen, die in den folgenden Anmerkungen jeweils angezeigt werden. Nicht angezeigt wird, wenn im MC «t» statt «c» (z. B. «discretionis» statt «discrecionis»; «etiam» statt «eciam») oder «ch» statt «c» (z. B. «Christiani» statt «Cristiani»; «Christus» statt «Cristus») steht. – Zu den Zitatnachweisen siehe auch Anhang I, Nr. 231–259.

<sup>4</sup> Im MC II 15, fol. 116v: «c. deus qui, de pe. et re.»

<sup>5</sup> Vor «ulti.»: «facti», durchgestrichen.

<sup>6</sup> Im MC II 15, fol. 116v: «Saraceni».

<sup>7</sup> Im MC, ibidem ausserdem noch: «zoubererin».

<sup>8</sup> Im MC, ibidem: «servantes».

<sup>9</sup> Im MC, ibidem: «egyptiacos».

44 *Qui iurant falsum testimonium in iudicio* <sup>1</sup>.

45 *Blasphematores dei, Marie* <sup>2</sup> *et sanctorum*, alle gottes lesterer, qui iurant per membra Christi, sanguinem et vulnera etc.; De male [dicens] [X, V 26] c. [2] uli <sup>3</sup>.

46 *Si quis contra deum* aut aliquem sanctorum suorum et maxime beatam virginem Mariam linguam <sup>4</sup> in blasphemiam publice relaxare presumpserit, per episcopum suum pene subdatur, ut septem diebus dominicis pre foribus ecclesie in manifesto dum aguntur missarum solemnina maneat ultimo dierum horum dominicorum nudipes, sine palio <sup>5</sup>, ligatus corugia <sup>6</sup>.

47 *Qui dominicis diebus et aliis precipuis* [fol. 84v] festivitibus ad minus integram missam non audiunt in ecclesia sua parochiali. Nam graviter peccat, qui suam ecclesiam parochialem contemnit, ad quam venire obligatur; De parochiis [X, III 29] in c. [3] Nullus; de con[s]. di. j, [c. 64] Missas et c. [65] se. et c. [62] Omnes fideles <sup>7</sup>.

48 *Qui non audiunt dominicis diebus* evangelii <sup>8</sup> sermonem seu verbum dei in parochia <sup>9</sup>; de conse. di. j, c. [63] Sacerdote et c. [62] Omnes fideles; de conse. di. ij <sup>10</sup>.

49 *Qui dominicis diebus in tabernis seu stubis* <sup>11</sup> comedunt ante missam, negligentes sermonem et missam in parochia sua.

50 *Bibuli, que* <sup>12</sup> *se scienter inebriant*, et in ebrietate sua deum blasphemant <sup>13</sup>, nisi confessi et desuper absoluti ac velint cum affectu <sup>14</sup> desistere.

51 *Qui festa non celebrant, sed ex contemptu laborant, seu vecturam exercent pro pecunia.*

<sup>1</sup> Im MC II 15, fol. 117r: «iudicio»; außerdem noch: «et illi, qui quotidie iurant in verbis suis mendaciter per deum et per omnes sanctos.»

<sup>2</sup> Im MC, ibidem: «beate Marie virginis».

<sup>3</sup> Im MC, ibidem: «... seu sanguinem ... c. ultimo ubi dicitur:».

<sup>4</sup> Verbessert aus: «liguam».

<sup>5</sup> Im MC II 15, fol. 117r: «pallio».

<sup>6</sup> Im MC, ibidem: «corrigia»; außerdem noch: «circa collum, septemque precedentibus sextis feriis in pane et aqua ieiunet, ecclesiam nullatenus ingressurus. Quolibet quoque predictorum dierum tres, si potest, alioquin duos reficiat pauperes sive unum etc. Per temporalem etiam potestatem quadraginta solidorum, alioquin xxx. sive xx. et si ad id non sufficiat quinque solidorum usualium monete pena mulctetur.»

<sup>7</sup> Im MC, ibidem außerdem noch: «et statutis sinodalibus».

<sup>8</sup> Im MC, ibidem fehlt: «evangelii».

<sup>9</sup> Im MC, ibidem außerdem noch: «cum ibi predicatur».

<sup>10</sup> Im MC, ibidem außerdem noch: «et statutis sinodalibus».

<sup>11</sup> Im MC, ibidem: «... in tabernis seu zunftis aut stubis ...»

<sup>12</sup> Im MC, ibidem: «qui».

<sup>13</sup> Im MC, ibidem: «blasphemant».

<sup>14</sup> Im MC, ibidem: «effectu».

**52** *Qui vadunt ad nundinas dominicis diebus, et emant* <sup>1</sup> causa lucri festivis diebus <sup>2</sup>, propter hoc a divinis se subtrahentes.

**53** *Oblaciones* <sup>3</sup>, testamenta et missarum comparaciones in parochiis plebanis subtrahentes seu obmittentes causa odii; de con. d. j, [c. 69] Omnis cristianus <sup>4</sup>.

**54** *Verbo dei* in plateis et tabernis detrahentes; [C.] vj, q. i, [c. 15] Deteriores.

**55** *Omnes, qui faciunt ordinaciones, leges vel statuta*, quod non offeratur in ecclesiis parochialibus, vel causa odii clericorum, vel alias contra ecclesiasticam libertatem ecclesias vel beneficia aut sacerdotes gravantes. Et omnes officiales, amplut <sup>5</sup>, locorum statutarii tales, scriptores, potestates, et qui consulunt ad hoc, et iudices, qui secundum ista statuta iudicant cum consiliariis, quia omnes sunt ipso facto excommunicati, ut in c. [49] Noverit et c. [53] Gravem, De sen[tentia] ex[communicationis] [X, V 39]; et in c. [12] fi., De re[bus] ecclesie non alie[nandis] [X, III 13].

**56** *Grave nanque peccatum est* in his rebus ecclesiasticis in quibus solus deus colendus et respiciendus est atque salus animarum libere procurandus per odium, invidiam seu alias causas sinistre fiant practice, impediendo christifideles vivos et defunctos ab ipsorum salute.

**57** *Qui ex contemptu solvunt ieiuna* <sup>6</sup>, die kein redliche, eehafti <sup>7</sup> entschuldigung hant <sup>8</sup>.

**58** *Debitam decimam non solventes*; De deci[mis] [X, III 30], c. j, c. [5] Pervenit, et per totum titulum; [C.] xvj, q. vij, c. [1] Decimas, c. [5] Omnes decime et c. [3] Pervenit. De iure communi de omnibus fructibus decime dari debent, de fructibus molendini, piscariis, feno, lana. Decime integraliter sunt solvende.

**59** Impedientes devocionem aliorum, divinum officium aut verbum dei per insolencias; De vi[ta] et ho[nestate] cle[ricorum] [X, III 1], c. [12] Cum decorem.

**60** (f. 85r) *Ecclesiastica statuta contemnentes*, et plebano suo debitam obedientiam non servant <sup>9</sup>.

<sup>1</sup> Im MC II 15, fol. 117v: «emunt».

<sup>2</sup> «festivis diebus» fehlt ibidem, im MC.

<sup>3</sup> Im MC, ibidem: «Oblaciones debitas».

<sup>4</sup> Im MC, ibidem danach außerdem: «Caute tamen loquatur sacerdos circa hunc articulum, vel omittat eum».

<sup>5</sup> «amplut» = Amtleute; fehlt ibidem im MC.

<sup>6</sup> Im MC, ibidem: «ieiunia».

<sup>7</sup> Im MC, ibidem: «eehafftige».

<sup>8</sup> Im MC, ibidem danach außerdem: «nit ze fasten als alter, kranckheit etc».

<sup>9</sup> Im MC II 15, fol. 118r, danach außerdem: «Nam tales non merentur dici christiani; cum Hiero. in epistola Humane referunt dicit, ad christianum pertinere scientiam, fidem et obedientiam». Vgl. dazu Anhang I, Nr. 246.

61 *Qui non confitentur suo proprio sacerdoti*; De pe[nitentiis] et re[missionibus] [X, V 38, c. 12] Omnis utriusque.

62 *Qui ad confessionem non veniant* <sup>1</sup>.

63 *Qui sine licencia sui plebani alteri est confessus ex contemptu*; ut in c. [12] Omnis utriusque, De p[enitentiis] et re[missionibus] [X, V 38].

64 *Qui uni sacerdoti dicunt partem et alteri aliam partem dividentes confessionem*; De pe[nitentia] di. iij, [c. 42] Sunt plures.

65 *Qui confessi sunt et penitentiam non impleverunt ut iniuncta est*; De pe[nitentia] di. prima, [c. 55] Nonnulli.

66 *Qui false religionis habitum gerunt*; De pe[nitentiis] et re[missionibus] [X, V 38, c. 14] Cum ex eo.

67 *Qui habent propositum peccatum non dimittendi, quia talis impenitens censetur, cum penitentia sit preterita mala deplangere et plangenda iterum iterum* <sup>2</sup> non committere; De pe[nitentia], di. j, [c. 39] Ecce nunc tempus.

68 *Omnes, qui rem aut pecuniam iniustam aut* <sup>3</sup> male acquisitam recipiunt et satisfacere nolunt, iuxta c. [4] Peccatum, De re[gulis] iu[r]is V], li[bro] vj [Sexto], ubi dicit Augustinus: Peccatum non dimittitur, nisi ablatum restituitur <sup>4</sup>.

69 *Omnes, qui res inventas occultant* <sup>5</sup>, nam ius naturale est, quod tibi vis fieri fac alteri. Sed velles, cum admitteres <sup>6</sup> aliquid, inveniens illud restitueret tibi, fac ergo et tu similiter alteri. Et sic quicumque aliquid inveniret, si nesciat cui pertineat, faciat in cancellis publicari, ut sic tandem inveniatur iste cui pertineat.

70 *Omnes isti, qui non dant equam mensuram pani* <sup>7</sup>, vini seu aliarum rerum; De emp[tione] et ven[ditione], [X, III 17], c. ij.

71 *Qui arando, rastando* <sup>8</sup> seu edificando suas methas <sup>9</sup> excedunt.

72 *Homicide, nisi fuerint confessi, contriti et absoluti.*

73 *Qui opprimunt pueros, die ire kind verwarlosen* <sup>10</sup>.

<sup>1</sup> «Qui ad confessionem non veniant» fehlt ibidem im MC.

<sup>2</sup> Ein «iterum» ist zuviel.

<sup>3</sup> Im MC II 15, fol. 118r: «et» statt «aut».

<sup>4</sup> Siehe Anhang I, Nr. 253.

<sup>5</sup> Im MC II 15, fol. 118r: «occultant».

<sup>6</sup> Im MC, ibidem: «amitteres».

<sup>7</sup> Im MC, ibidem: «panis».

<sup>8</sup> Im MC, ibidem: «rastrando».

<sup>9</sup> Im MC, ibidem: «metas».

<sup>10</sup> Im MC II 15, fol. 118v: «... kindt verwarloesent».

- 74 *Qui sunt censuales* ad ecclesiam et non solvunt <sup>1</sup>.
- 75 *Qui res ecclesie vendunt* seu alienant contra iuris formam; [C.] xij, q. ij, [c. 21] Indigne.
- 76 *Servi et ancille* propria dominia negates <sup>2</sup>, eigen lüt, die worlichen eigen sindt und ir herren verloickend <sup>3</sup>.
- 77 *Famuli et famule*, qui annonam vendunt, que pertinet ad dominum seu magistrum, et eciam emptores talium rerum.
- 78 (f. 85v) *Qui proximis suis grave damnum fecerunt*, nec eis desuper satisfecerunt, cum tamen possent <sup>4</sup>.
- 79 *Qui erigunt lites* et odia inter homines <sup>5</sup>.
- 80 *Usurarii*, qui de decem florenis concessis unum recipiunt annue usque dum sors principalis restituatur <sup>6</sup>.
- 81 *Qui habent concubinas* manifestas, vel si quas dimiserint et habent propositum reassumendi <sup>7</sup>.
- 82 *Adulteri et adultera* <sup>8</sup>, nisi fuerint contriti, confessi et absoluti.
- 83 *Aborsum procuratores* <sup>9</sup>.
- 84 *Sustinentes in domibus suis turpes res*.
- 85 *Fistulatores, figellatores*, qui festivis diebus publice ad coreisandum ludunt.
- 86 *Qui sine causa* comedunt lacticina <sup>10</sup> in quadragesima.
- 87 *Omnes peccatores* manifesti et peccatrices.

<sup>1</sup> Im MC, ibidem danach außerdem: «... census».

<sup>2</sup> Im MC, ibidem: «negantes».

<sup>3</sup> Im MC, ibidem: «Eigen lüt, die worlich eigen sint und irer herren verlöygent».

<sup>4</sup> Im MC, ibidem: «... cum tamen satisfacere possent».

<sup>5</sup> Im MC, ibidem: «... et odia concitant inter homines».

<sup>6</sup> Im MC, ibidem lautet dieser Artikel: «Usurarii, qui de decem florenis concessis unum florenum recipiunt annue, vel qui alias usuram committunt.» Danach folgen außerdem noch die folgenden Artikel, die im Jahrzeitbuch fehlen: «Lusores continui et omnes qui consentiunt eis et consedent, et qui concedunt domos suas ad talia. Parentes, qui permittunt pueros suos blasphemare deum et maledicere hominibus. Et qui permittunt eos ludere ad taxillos, et qui permittunt eos fornicari, chorisare. Percussores parentum suorum et filii proterui et rebelles, qui maledicunt parentibus, nisi sint confessi et velint se emendare».

<sup>7</sup> Im MC, ibidem: «... reassumendi eas».

<sup>8</sup> Im MC, ibidem: «adultere».

<sup>9</sup> Im MC, ibidem: «Aborsum procurantes. Die crüter oder getranck in nemen, die frucht zû verderben.» Danach außerdem noch: «Qui mendaciter abstulerunt famam proximi, nisi sint confessi et velint revocare et famam restituere».

<sup>10</sup> Im MC, ibidem: «lacticinia».

88 *Generaliter* omnis in mortali peccato constitutus, *nam* contricio et confessio est necessaria <sup>1</sup> cuilibet peccatori; De pe[nitentia], di. j, [c. 81] *Tres sunt* <sup>2</sup>.

89 (f. 91r)

*Der Losterfen Messzstiftung*

Nota ad sanctum Theodorum debet celebrare missas quidam magister ar-  
cium, scholaris theologie, dotatus per honestam Margaretam Brandin, que  
dicebatur Losterffin <sup>3</sup>, in annuis redditibus a consulatu ad viginti quatuor  
floreos, in quatuor festivitibus natalis, pasce, pentecostes et omnium  
sanctorum, in omnibus festivitibus beate virginis Marie, scilicet purifica-  
cionis, annunciacionis, visitacionis, assumpcionis, nativitatis, presentacionis,  
concepcionis, eciam in festis quatuor doctorum Augustini, Jeronimi, Ambrosii,  
Gregorii et in die omnium animarum in ecclesia sancti Theodori et eciam in  
die anniversarii prefate Margarete in monasterio Cartusiensium annue <sup>4</sup>.

[*Es folgt ein Auszug aus der Originalurkunde: fol. 91r/v.*]

90 (f. 92r)

*S. Panthaleonis*

Sacrosancta generalis synodus Basiliensis, in spiritu sancto legitime <sup>5</sup> congre-  
gata, universalem ecclesiam representans, universis christifidelibus presentes  
litteras inspecturis salutem et omnipotentis dei benedictionem. Tanta fuit  
salvatoris domini nostri Iesu Christi erga nos dilectio tantaque amoris magni-  
tudo, ut ipse flagella, sputa, contumelias et obprobria pro humani generis  
redempcione sustinere, nec non crucis patibulum subire dignatus fuit, quique  
pro nostra salute mori voluit, ut cunctos fideles a morte liberans vitam eis

<sup>1</sup> Im MC II 15, fol. 119r: «necessaria est» statt: «est necessaria».

<sup>2</sup> Im MC, ibidem danach noch: «Unde qui non sunt integraliter et plene omnia peccata sua confessi, que habent in memoria, sed scienter propter verecundiam aliquod peccatum obtulerunt; vel etiam qui stant in proposito mortale peccatum faciendi; et sic pro quolibet peccato mortali prohibetur quilibet a communione. Potest autem quilibet curatus addere vel diminuere de istis articulis, secundum quod videtur sibi suo populo expedire. – Declaratio predictorum. Pro predictorum declaratione questio moveri potest: » Danach folgt noch der Passus: «Cur isti articuli – tanti sacramenti», der sich auch im Jahrbuch befindet, hier allerdings am Anfang, vor der Aufzählung der Ausschließungsgründe (fol. 84r); vgl. oben Nr. 39 mit Anm. 4.

<sup>3</sup> Vor «Losterffin»: «lotor», durchgestrichen. – Zu Margarete Brand vgl. oben ZSKG 69 (1975) 295, Anm. 2.

<sup>4</sup> Vgl. StAB, Theodor Urk. Nr. 63 (1467 Mai 9), Abschrift der Originalurkunde, auf Bitten Surgants von Imerius Galiardi, Abt des Klosters Himmelpforte bei Wyhlen, vidimiert: 1493 Juni 5. Hier, im Jahrbuch (fol. 91r/v), befindet sich ein Exzerpt dieser Stiftung. Vgl. zur Stiftung auch R. WACKERNAGEL, Geschichte der Stadt Basel, Bd. II/2, Basel 1916, S. 567. 105\*; E. LENGWILER, Die vorreformatorischen Prädikaturen der deutschen Schweiz, Phil. Diss. der Univ. Freiburg/Schweiz 1955, Freiburg/Schweiz 1955, S. 47 f. 80 f.

<sup>5</sup> Nach «legitime»: «con», durchgestrichen.

largiretur sempiternam, et quamvis ipse salvator noster nonnunquam eos, quos sic redemit, pro peccatis affligi permittat, benignam tamen illis consolationem attulit, cum dixit, nolo mortem peccatoris, sed ut magis convertatur et vivat, nobis semper celestis patrie promissionem relinuens. Cum itaque sicut accepimus olim peste epidimie Basilee graviter invalescente, dilecti ecclesie filii, confratres confratrie sancti Panthaleonis minoris Basilee Constantiensis diocesis, prospicientes plurimos christifideles per huiusmodi pestem permittente domino subitanea morte de medio surripi, omnipotenti deo et sancto Panthaleoni, ut eos a peste huiusmodi preservarent, *voverint*, ut ipsi annis singulis (*am Rand*: voverunt) pro defunctis unam et de prefato sancto Panthaleone in illius festo aliam missas in parochiali ecclesia dicti opidi et quociens aliquem ex confraternitate predicta decedere contingeret ex tunc infra triginta dies immediate sequentes singuli de confraternitate *huiusmodi masculini sexus* <sup>1</sup> *tantum* ad locum Nigrol <sup>2</sup>, alias ad sanctum Panthaleonem Basiliensis diocesis, processionaliter peregre pergerent et in (*am Rand*: masculini sexus) ecclesia eiusdem loci eciam unam missam pro animabus defunctorum perpetuis futuris temporibus celebrari facerent et missis huiusmodi preces suas cum devocione altissimo porrigendo interessent. Tandem peste predicta de misericordia dei eiusdemque sancti Panthaleonis, ut pie creditur, intercedentibus meritis cessante, perfati confratres missas celebrari et processiones predictas fecerunt illasque a centum annis <sup>3</sup> citra continuarunt et faciunt de presenti ut *prefertur*. Suntque in eadem confraternitate tam minoris quam maioris Basilee utriusque sexus homines eciam honesti et graves numero copioso, qui missis et processionibus prefatis interesse solent, deum altissimum et prefatum sanctum Panthaleonem pro misericordia dei imploranda ac venia peccaminum suorum consequenda nec non vivorum et mortuorum anima pro salute obtinenda devotissime deprecantes. Nos devocionem huiusmodi in domino plurimum commendantes cupientesque, ut illa ferventius vigeat et augeatur et ut christifideles ad ideo ferventius animentur, quo ex hoc dono celestis gratie uberius conspexerint se reffectos de omnipotentis dei misericordia confisi omnibus vere penitentibus et confessis, qui in ipsius sancti Panthaleonis ac alia quam ipsi confratres pro exequiis et commemoratione animarum et confratria huiusmodi defunctorum et pro tempore decedencium faciendam semel tantum in anno eligendam duxerint diebus prefatam parochialem ecclesiam devote visitaverint et huiusmodi missis et processionibus interfuerint *duos annos et totidem quadragenas* (*am Rand*: duos annos) de iniunctis eis penitenciis auctoritate universalis ecclesie misericorditer relaxamus. Volumus autem, quod huiusmodi indulgencie tractu temporis non expirent quodque, si alias eandem parochialem ecclesiam visitantibus et huiusmodi missis et processionibus interessentibus aliqua alia indulgencia imperpetuum vel ad certum tempus nondum elapsam duratura per

<sup>1</sup> Der Anfang dieser Urkunde bis hierher ist auch auf fol. 89r aufgeschrieben.

<sup>2</sup> = Nuglar; R. WACKERNAGEL, Bruderschaften und Zünfte zu Basel im Mittelalter, in: Basler Jahrbuch 1883, S. 246 Anm. 38.

<sup>3</sup> Nach «annis»: «circa», durchgestrichen.

nos concessa fuerit, presentes nostre (f. 92v) littere nullius existant roboris vel momenti. Datum Basilee XIII. kal. novembris [20. Oktober] anno a nativitate domini milesimo quodringentesimo quadragesimo secundo <sup>1</sup>.

**91** (f. 99r) *Notiz über die Weihe des Hochaltars der Theodorskirche zu Ehren des hl. Kreuzes, der Muttergottes und des hl. Theodor; 1435 Juni 6* <sup>2</sup>.

**92** (f. 99v) *Gleicher Eintrag über die Weihe der Nikolauskapelle wie oben Nr. 34 (fol. 49v).*

**93** (f. 125r) Dominus decanus Adelberus de Rotberg et domini de capitulo cum certis consulibus (*am Rand*: ante Jo. baptiste) fecerunt istam ordinationem ad processiones in tempore nativitatis anno 1491. Quod servetur festum usque ad finitam processionem et singuli vadant de omnibus domibus. Domini de s. Albano vadant ad s. Jacobum; Leonardite ad sanctam Margaretam; domini de sancto Petro ad sanctam Crucem (*darüber*: sant batt) et deinde ad s. Johannem, ibi cantant missam. Domini de maiori ecclesia Basiliensi et cum illis parochiani s. Ulrichi ad Lapides, cantare missam, deinde vadunt ad Minores. Illi de sancto Martino vadant per Clingental et s. Claram ad s. Theodorum, ibi cantant missam. Minor Basilea vadat per s. Nicolaum, per s. Martinum et Augustinenses ad Summum <sup>3</sup>, ibi cantant missam. Cantare missam de beata virgine cum collectis, una pro nativitate instante, secunda contra pestem vel pro pace vel serenitate etc. et tercia de solemnitate vel tempore. Et quotidie post elevationem canitur 'Media vita' <sup>4</sup> propter pacem et fructus terre vel pro nativitate, que incumbit, et ita sepe numero servatum est.

**94** Anno domini MCCCC xcij domini consules Basilee ordinaverunt unam processionem ad sabatum ante dominicam Vocem <sup>5</sup> seu rogacionum. Et ibant omnes mulieres maioris Basilee ad s. Petrum audiendo priorem missam, et deinde processerunt ad Blotzen. Viri in Summo congregabatur et ibant ad Lapidem, unser frowen im stein. De minori Basilea mulieres ad sanctam Claram audiverunt missam et viri in sancto Theodoro. Ibant scolares sancti Theodori et presbyteri ad Himelporten cum feminis. Viri nostri et presbyteri sancti Martini cum eorum scolaribus ibant ad sanctam Cristianam. Prima

<sup>1</sup> Vgl. zu dieser Bruderschaft ZSKG 69 (1975) 292, Anm. 11. Nach R. WACKER-NAGEL, Geschichte der Stadt Basel, Bd. II/2, S. 786 entstand sie 1349 zur Zeit des großen Sterbens. Ihr Altar war der Pantaleonsaltar in der Theodorskirche; StAB, Theodor C, fol. 12v. 20r. 49r; KDM, Bd. 5, S. 325 f. 388.

<sup>2</sup> Zu den weiteren Weihedaten des Hochaltars vgl. KDM, Bd. 5, S. 386 f.

<sup>3</sup> Gemeint ist das Münster.

<sup>4</sup> Zur Antiphon bzw. dem Responsorium «Media vita in morte sumus» siehe W. IRTENKAUF, Media vita in morte sumus: LThK<sup>2</sup> VII, 230.– Zum Gesang des «Media vita» schon nach dem «Sanctus» siehe J. A. JUNGMANN, Missarum Sollemnia, Bd. 1, Wien<sup>5</sup> 1962, S. 195 Anm. 33.

<sup>5</sup> «Vocem» = 5. Sonntag nach Ostern, 1493 fiel er auf den 12. Mai vor der Bittwoche.



nostra missa fuit contra pestilenciam, secunda de beata virgine cum collectis etc. Displicuit mihi, quod mulieres primam missam audirent in sancta Clara, quia valde incongruum fuit, tarde venerunt, impediverunt nos et nobiscum in parochia audivissent publicam confessionem et fuissent magis disposite, quia nunquam fuerunt mulieres divise in prima missa. Non fuit in memoria hominum, quod unquam in prima missa fuissent divise. Sed in cancellis iterum dividuntur.

**95** (*aufgeklebtes Stück Papier auf dem hinteren Deckel, innen*) Anno domini MCCCC<sup>o</sup> lxxxvij die xxij mensis septembris, que fuit dominica post Mathei apostoli, consecratum est altare sancti Michaelis in ecclesia s. Theodori minoris Basilee supra lectionarium in honore sancti Michaelis ac omnium angelorum, sanctorum Sebastiani, Christoferi, Wolfgangi et Florentii per reverendum in christo patrem et dominum dominum Nicolaum, episcopum Tripolitanum, in presencia multorum et mei Johannisülrici Surgant, decretorum doctor, curati eiusdem ecclesie, teste hac mea dextera.  
Indulgencias in litteris conscriptas dedit.